

Nos Joann. & Philippus S. Rom. Imperij liber Baro de Walderdorff, Dñs in Isen-
burg et Molsberg, Metropolitana et cathedralis Ecclesiarum Trevis et Spheensis episc. Tit. S.
Lubentij in Dietkirchen Archidiaconus et capitularis, Honorato et ingenio Adol. Scienti Joanni
Georgio Müller Trevis Diocesis Clerico salutem in Dño. Vita ac morum integritas, aliisque lau-
dabilia probitatis ac virtutum merita, quibus Nobis fide dignorum commendari testimonio Nos
inducunt, ut tibi favorabiliter inclinemur. Vacante itaque Canonatu in Collegiata Ecclesia S.
Lubentij in Dietkirchen per obitum R. Dñi Henrici Friderici possessoris illius novissimi, cujus
collatio, provisio et quavis alia dispositio ad Nos ratione dicti Archidiaconatus nostri, quoties
illum in mense capitulari vacare contigerit, pleno jure spectare dignoscitur. Nos tibi, et
praecipue et praefatorum meritorum tuorum intuitu, Specialem gratiam facere volentes, eundem
Canonatum cum omnibus et singulis juribus, fructibus, proventibus et emolumentis conferendum,
et de illis providendum, et ad eundem te admittendum duamur, prout harum traditione literarum
in Dei nomine conferimus, providemus et admittimus. Requirentes ob id omnes et singulos
Pastores, Clericos et Notarios vigore harum literarum, quatenus te vel Procuratorem tuum
legitimum in corporalem, realem et actualem possessionem dicti Canonatus ponant et intro-
ducant, tibi quoque de illius fructibus, proventibus et emolumentis universis respondant, seu
respondere et satisfieri faciant et mandant, adhibitis solennitatibus debitis et consuetis.
In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium hasce sigillo nostro Archidiaconali con-
munivimus propriaque manu subscripsimus. Data in arce nostra Molsberg die decima Aprilis A.
Dñi millesimo sexcentesimo, sexagesimo Sexto.

Joannes Philippus a Walderdorff Archidiaconus



1666
Actum in
Dietkirchen
die 6. mensis
Majj
1666

Anno Domini supra millesimum sexcentisima sexagesimo sexto, die Jovis, sexto mensis Majj
circa horam decimam antemeridianam, per Reverendos ac Eruditos D.D. Secanum & Capitulares
Ecclesiae s. Lubentij in Dietkirchen in loco Caplari congregatos, Admodum Reverendus ac Eruditus
S. Henricus Distel Ecclesiae s. Georgij in Limpurg Secanus, de praebenda per obitum S. di
S. Henrici Friderici, dictae Ecclesiae in Dietkirchen Canonici quondam, vacante proviusus, & nomine
sui Principalis Honesti ac ingenui Adolescentis Joannis Georgij Molitoris legitime per
Notarium Constitutus Procurator, exhibitis prius literis Collationis, Legitimationis &
Clericatus, ut et numeratis statutis pecuniarijs, iuramentisq; Capitulari per eundem
Dominum Procuratorem praestito, in realem & actualem possessionem dictae praebendae seu
Canonicatus nomine sui dicti principalis admissus & inductus fuit, perq; Dominos Joannem
Thelen & Joannem Scheurer Canonicos Caplares in choro ad latus Epistolae installatus est
trina repetitione Verborum, Haec requies mea de Actum in Dietkirchen, uti sup. in praesentia
S. Francisci Bauchs, & honestorum Andrea Brunck & Georgij Schmidts tertium ad hunc actum specia
liter rogatorum. Joannes Petrus Endtliis Secanus

1666

Die Kirchen
 Collatio hiesiger
 Canonicaten in Dietkirchen
 pro personis Georg Meier
 1666



anno Domini supra millesimum sexcentissimum sexto, die Jovis, sexto mensis May
 circa horam decimam antemeridianam, per Reverendos ac Eruditos D.D. Decanum & Capitulares
 Ecclesie s. Lubentij in Dietkirchen in loco Capituli congregatos, admodum Reverendus ac Eruditus
 D. Henricus Dittel Zelesius s. Georgij in Limburg Decanus, de praebenda per obitum s. vi
 sui Principalis Henrici acingenui Adolescentis Joannis Georgij Meieris legitime per
 Notarium Constitutus Procurator, exhibitis primis literis Collationis, legitimis &
 Clericatus, ut et numeratus status pecuniarius, iuramentis, Capitulari per eundem
 Dominum Procuratorem praestito, in realem & actualem possessionem dicta praebenda sex
 Canonicatus nomine sui diti Principis admissus & inductus fuit, per Joannem Joannum
 Thelen & Joannem Schauer Canonicos Caplures in choro ad laus & notitia installatus est
 Trima Regitione Verborum, hac sequens meade statum in Dietkirchen, ut sup. in praesentia
 D. Francisci Bauchs, & Florentium Andreae Bruck & Georgij Schmids termin ad hunc actum per
 Interrogatorum.